

**www.e-rara.ch**

**Hadriani Iunii Hornani medici Animadversorum libri sex**

**Junius, Hadrianus**

**Basileae, 1556**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-312>

Hadriani Iunii animadversorum liber sextus

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

cum cùm ob antiquitatis reuerentiam, tum propter studiorum natalitia, Bononiensi academiæ uno ore omnes deferunt, cuius est ubiq; terrarũ nominis dignitas, claritudinis fama, ut cæteras suo splendore facilè obliteret. In cuius quidem urbis studiorum parentis præconium digredi, superuacaneum esse puto, quando illa plures sui buccinatores repererit, quàm aut procos Penelope, aut encomiastas Helena: & si maximè suis eam dignis coloribus adumbrare coner, nĩ hilo herclè facilius assequar, quàm Venerem Appellæam pictor è plebe unus. Alioqui non sum ignarus apud priscos Romanos sacra Bonæ deæ alieniore uerborum usu profanasse, inexpressibilis criminis loco fuisse habitum: neq; minori crimĩ ni obnoxium me fore reer, si sacratissimã illam academiã, quam ceu Musarum quoddã adytum color, ueneror, atq; suspicio, minus digna, quàm par fuerit, oratione deterere institero.

HADRIANI IVNII ANI-  
MADVERSORVM LI-  
BER SEXTVS.

Poëmation quod falso Ouidij nomine circumfertur, auctori suo Lucano redditur, emendaturq;.

CAPVT I.



Mltæ sunt causæ, cur scriptores non pauci natiua sua gloria dulcissimo laborum suorũ fructu, priuati fuerint, uel abolitis penitus operum titulis,

uel proprio nomine inducto, adiectoq; suppositio. In causam uocari possunt aut pudenda plagiariorum furta, aut uetustatis sui nimium confidentis error quasi per manus ad posteros transmissus, aut supina librariorum oscitantia, aut iudiciorum morositas. Sic Iornandus compendium historiae Romanae ex L. Floro transcripsit: sic Cassianus Bassus scholasticus, qui ex rei rusticae scriptoribus opus uarium (cui γεωπονικὰ ab agriculturae studio nomen est) concinnauit, filioq; dedicauit, nunc Constantini nomine obscuratus legitur. L. Caelius Arrianus medicus, cuius extant Celerum & tardarum passionum libri, Aureliani nomine notior nunc est. Arnobio, qui septem duntaxat aduersum gentes libros edidit, octauus accreuit, quum sit Minutij Felicis, Octauius ab interlocutorum uno ita uocatus, noua ratione oblitterandi autoris. Eros Iulia medicus, qui in nomen Iuliae Augustae dominae suae libertus concessit, corrupta nomenclatura, Trotula quasi Eroiulia nunc audit, minus latinè uitio barbari seculi loquens: quod quidem haud uanum est doctissimi Morillonii iudicium. Eandem iniuriam sensit & Aeneas Lucanus, cuius legitur iuuenile carmē ante uicesimum aetatis annum proCUSUM, quodq; alieni nominis mangonio inter Ouidiana opuscula subrepfit, reclamante carminis maiestate, Nasonianae simplicitati longè dissimili. Nomen germanum autoris, cum eo ad quem scriptum fuit, integrum, & ab inuidiae uetustatis den-

te immune seruauit exemplar repertum in bibliotheca ecclesiæ Deiparæ virginis Atrebatensis, quæ Reuerendissimum illustrissimumq; D. Antonium Perrenotum Episcopum agnoscit, præclarum uirtutum omnium domicilium, & literatorū Meccænatem incomparabilem. Carminis talis illic uisitur inscriptio: Lucani poëma ad Calpurnium Pisonem ex libro Catalecton. Ex quo perspicitur error impressorū codicum, in quibus legitur, Ad Pisonem, ad quem extat & Horatiū Ars poëtica: multum etenim discrepat temporum ratio, ut idem fuerit Piso, cui & Horatius scripserit, & cui Lucanus. Fuit autem iste C. Piso ex nobilissima Calphurniorum familia, qui unà cum Lucano Neroniana coniuratione absumptus est, quem iisdem penè uerborum lenocinijs, & specioso coloribus earundem dotium apparatu descripsit Corn. Tacitus hist. lib. 15. quibus illum depinxit Lucanus, ut uel inde Lucani esse conuincantur. Taciti uerba subiicere non abs re fuerit, quòd aditum aperiant ad rectius intelligendū poëmation: ea habent hūc in modum. C. Piso Calphurnio genere ortus, ac multas insignesq; familias paterna nobilitate complexus, claro apud uulgū rumore erat, per uirtutem, aut species uirtutibus similes. Nanq; facundiam tuendis ciuibus exercebat, largitionem aduersus amicos, & ignotis quoque comi sermone & congressu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul grauitas morum, aut uoluptatum parsimonia.

Lenitati ac magnificentiæ & aliquando luxui indulgebat &c. Quæ uerba cum Lucani dictis si expendas, nõ ouũ ouo similius inuenias. Sed præstat totum carmen adscribere, quòd multa sint in eo perperam trãspõsita in codicibus uulgatis, multa hìc lectione interpolli correctiora, quemadmodũ uidebit quilibet, quẽ poëma conferre nõ pigebit, ab humanissimo doctissimoq; Morillone nobis communicatum:

Vnde prius cæpti surgat mihi carminis ordo,  
 Quòsue canam titulos, dubius feror. hinc tua Piso  
 Nobilitas, ueterisq; citant sublimia Calpi  
 Nomina, Romanas inter fulgentia gentes:  
 Hinc tua me uirtus rapit, & miranda per omnes  
 Vita modos: quæ, si deesset tibi fortè creato  
 Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.  
 Nam quid imaginibus, quid auatis fulta triumphis  
 Atria, quid pleni numero Consule fasti,  
 Profuerint, cui uita labat? perit omnis in illo  
 Nobilitas, cuius laus est in origine sola.  
 Felix, qui tantis animum natalibus æquas,  
 Et partem tituli non summam ponis in illis,  
 Ipse canendus eris: nam quid memorare necesse est,  
 Ut domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?  
 Claraq; Pisonis tulerit cognomina prima,  
 Humida callosa cum pinseret hordea dextra?  
 Nec si cuncta uelim, breuiter decurrere possim:  
 Et prius æthericæ moles circumuaga flammæ  
 Annua bisseris reuocabit mensibus astra,  
 Quàm mihi priscorum titulos, operosaq; bella  
 Contigerit memorare: manus sed bellica patrum

Armorumq; labor, ueteres docuere Quirites,  
 Atq; illos cecinere sui per carmina uates.  
 Nos quoq; pacata Pisonem laude nitentem,  
 Exæquamus auis. tamen etsi bella quierunt,  
 Non perijt uirtus: licet exercere togatæ  
 Munera militiæ: licet & sine sanguinis haustu  
 Mitia legitimo sub iudice bella mouere.  
 Hinc quoq; seruati contingit gloria ciuis,  
 Altaq; uictrices intexunt limina palmæ.  
 Quin agè maiorum iuuenis facunde tuorum,  
 Scande super titulos, & auitæ laudis honores,  
 Armorumq; decus præcede forensibus actis.  
 Sic etiam magno iam tunc Cicerone uigente  
 Laureæ facundis cesserunt arma togatis.  
 Quæq; patrum claros quondam uisura triumphos  
 Olim turba uias impleuerat agmine denso,  
 Ardua nunc eadem stipat fora, cum tua mæstos  
 Defensura reos uocem facundia mittit:  
 Seu trepidos ad iura decem citat hasta uirorum,  
 Et firmare iubet centeno iudice causas:  
 Seu capitale nefas operosa diluis arte,  
 Laudibus ipsa tuis resonant fora. tu quoq; Piso  
 Iudicis affectum, possessaq; pectora ducis  
 Victor, sponte sua sequitur quocumq; uocasti:  
 Flet, si flere iubes: gaudet gaudere coactus:  
 Et te dante capit iudex, quam non habet, iram.  
 Sic auriga solet feruentia Thessalus ora  
 Mobilibus frænis in aperto flectere campo,  
 Qui modò non solùm rapido permittit habenas  
 Quadrupedi, sed calce citat, modò torquet in auribus  
 Flexibiles rictus, & nunc ceruice rotata

Incipit effusos in gyrum carpere cursus.  
 Quis non attonitus iudex tua respicit ora?  
 Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentem?  
 Nam tu, siue libet pariter cum grandine nimbos,  
 Densâq; uibrata iaculari fulmina lingua,  
 Seu iuuat adstrictas in nodum cogere uoces,  
 Et dare subtili uiuacia uerba catenæ,  
 Vim Laërtiadæ, breuitatem uincis Atridæ.  
 Dulcia seu mauiis, liquidoq; fluentia cursu  
 Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore.  
 Inlyta Nestorei cedit tibi gratia mellis.  
 Nec te Piso tamen populo sub iudice sola  
 Mirantur fora, sed numerosa laude Senatus  
 Excipit, & meritas reddit tibi curia uoces.  
 Quis dignè referat, qualis tibi luce sub illa  
 Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu,  
 Cùm tua bis senos numeraret purpura fasces,  
 Cæsareum grato cecinisti pectore numen?  
 Huc etiam tota concurrit ab urbe iuuentus,  
 Auditura uirum, si quando iudice fesso  
 Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus:  
 Tunc etenim leuibus ueluti proludit in armis,  
 Compositisq; suas exercet litibus artes.  
 Quinetiam facilis Romano profluit ore  
 Græcia, Cæcropiæq; sonat grauis æmulus urbi.  
 Testis Acidalia quæ condidit alite muros,  
 Euboicam referens sæcunda Neapolis arcem.  
 Qualis iò superi, qualis nitor oris amænis  
 Vocibus hinc solido fulgore micantia uerba  
 Impleuere locos: hinc exornata figuris  
 Aduolat, excusso uelox sententia torno.

Magna quidem uirtus erat, & si sola fuisset,  
 Eloquio sanctum modò permulcere Senatum,  
 Exonerare pios modò, nunc onerare nocentes:  
 Sed super ista mouet plenus grauitate serena  
 Vultus, & insigni præstringit imagine uisus.  
 Talis inest habitus, qualem nec dicere mæstum,  
 Nec fluidum, læta sed tetricitate decorum  
 Possumus: ingenitæ stat nobilitatis in illo  
 Pulcher honos, & digna suis natalibus ora:  
 Additur huc & iusta fides, & plena pudoris  
 Libertas, animusq; mala ferrugine purus:  
 Ipsaq; possesso mens est opulentior auro.  
 Quis tua cultorum iuuenis facunde tuorum  
 Limina pauper adit, quem non animosa beatum  
 Excipit, & subito iuuat indulgentia census  
 Quodq; magis dono fuerit preciosius omni,  
 Diligis ex æquo: nec te fortuna clientum,  
 Natales ue mouent: probitas spectatur in illis.  
 Nulla superborum patiuntur dicta iocorum:  
 Nullius subitò adfert iniuria risus.  
 Vnus amicitie summos tenor ambit & imos.  
 Rara domus tenuem non aspernatur amicum,  
 Raraq; non humilem calcat fastosa clientem.  
 Illic casta licet mens, & sine crimine constet  
 Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit.  
 Sed lateri nullus comitem circundare quærit,  
 Quem dat purus amor, sed quem tulit impia merces,  
 Nec quisquam uero precium largitur amico,  
 Quem regat ex æquo, uicibusq; regatur ab illo:  
 Sed miserum parua stipe munerat, ut pudibundos  
 Exercere sales inter conuiuia possit,

Ista procul labes, procul hæc fortuna refugit  
 Piso tuam uenerande domum, tu mitis & acri  
 Asperitate carens, positoq; per omnia fastu,  
 Inter ut æquales unus numeraris amicos:  
 Obsequiumq; doces, & amorem quæris amando.  
 Cuncta domus uaria cultorum personat arte,  
 Cuncta mouet studium. nec enim tibi dura clientum  
 Turba, rudis ue placet, misero quæ freta labore  
 Nil nisi summoto nouit præcedere uulgo:  
 Sed uirtus numerosa iuuat. tu pronus in omne  
 Pectora ducis opus. seu te grauiora uocarunt,  
 Seu leuiora iuuant, nec enim facundia semper  
 Adducta cum fronte placec: nec semper in armis  
 Bellica turba manet: nec tota elasticus horror  
 Nocte dieq; gemit: nec semper Grosius arcu  
 Destinat, exempto sed laxat cornua neruo.  
 Et galea miles caput, & latus ense resoluit.  
 Ipsa uices natura subit, uariataq; cursus  
 Ordinat, inuersis & frondibus explicat annum.  
 Non semper fluidis adopertus nubibus æther  
 Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis.  
 Cessat hyems, madidos & siccatur uere capillos:  
 Ver fugit æstates: æstatum terga laceffit  
 Pomifer autumnus, nimbis cessurus & undis.  
 Ignea quinetiam superum pater arma recondit,  
 Et Ganymedeæ repetens conuiuia mensæ,  
 Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.  
 Temporibus seruire decet: qui tempora certis  
 Ponderibus pensauit, eum si bella uocabunt,  
 Miles erit: si pax. positis toga gestiet armis.  
 Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt.

Felix illa dies, totumq; canenda per orbem,  
 Quæ tibi, vitales cum primùm traderet auras,  
 Contulit innumeras intra tua pectora dotes.  
 Mira subest grauitas inter fora: mirus omiffa  
 Paulisper grauitate lepos. si carmina fortè  
 Nectere ludenti iuuit fluitantia uersu,  
 Aonium facilis deducit pagina carmen.  
 Siue chelyn digitis, & eburno uerberare pulsas,  
 Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus,  
 Et te credibile est Phœbo didiciffe magistro.  
 Nec pudeat pepuliffe lyram, cum pace serena  
 Publica securus exultent ocia terris.  
 Nec pudeat Phœbea chelys si creditur illis  
 Pulsari manibus, quibus & contenditur arcus.  
 Ipse fidem mouiffe ferox narratur Achilles,  
 Quamuis mille rates Priameius uerret heros,  
 Et grauis obstreperet modulatis buccina neruis.  
 Illo dulce melos Nereius extudit heros  
 Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem.  
 Arma tuis etiam si fortè rotare lacertis,  
 Inq; gradum clausis libuit consistere membris,  
 Et uitare simul, simul & captare petentem:  
 Mobilitate pedum celeres super orbibus orbis  
 Flectis, & obliquis fugientem cursibus urges,  
 Et nunc iuuaci scrutaris pectora dextra,  
 Nunc latus aduersum necopino percutis ictu.  
 Nec tibi mobilitas minor est, si fortè uolantem  
 Aut geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,  
 Et non sperato fugientem reddere gestu.  
 Hæret in hæc populus spectacula, totaq; ludos  
 Turba repentè suos iam sudabunda relinquit.

Te si fortè iuuat studiorum pondere fessum,  
 Non languere tamen, lususq; mouere per artem,  
 Callidior modo tabula uariatur aperta,  
 Calculus, & uitreo peraguntur milite bella,  
 Vt niueus nigros, nunc & niger alliget albos.  
 Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cessit  
 Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?  
 Mille modis acies tua dimicat, ille pctentem  
 Dum fugit, ipse rapit: longo uenit ille recessu,  
 Qui stetit in speculis, hic se committere rixæ  
 Audet, & in prædam uenientem decipit hostem.  
 Ancipites subit ille moras, similis q; ligato  
 Obligat ipse duos: hic ad maiora mouetur,  
 Vt citus & fracta prorumpat in agmina mandra,  
 Clausaq; deiecto populetur mœnia uallo.  
 Interea scetis, quamuis acerrima surgant  
 Prælia, militibus, plena tamen ipse phalange,  
 Aut etiam pauco spoliata milite uincis,  
 Et tibi captiua resonat manus utraq; turba.  
 Sed prius emenso Titan uersetur Olympo,  
 Quàm mea tot laudes decurrere carmina possint.  
 Felix, & longa iuuenis dignissime uita,  
 Eximumq; tuæ gentis decus, accipe nostri  
 Certus & hoc ueri complectere pignus amoris.  
 Quòd si digna tua minus est mea pagina laude,  
 At uoluisse sat est: animum, non carmina iacto.  
 Tu modò lætus ades, forsan meliora canemus:  
 Et uires dabit ipse fauor. dabit ipsa seracem  
 Spes animum: dignare tuos aperire penates.  
 Hoc solum petimus: nec enim me diuitis auri  
 Imperiosa fames, & habendi sæua libido

Impulerit, sed laudis amor. iuuat optime tecum  
 Degere, cumq; tuis uirtutibus omne per æuam  
 Carminibus certare meis. sublimior ibo,  
 Si famæ mihi pandis iter, si detrahis umbram.  
 Abdita quid prodest generosi uena metalli,  
 Si cultore caret? quid inertis condita portu,  
 Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis  
 Armamenta ferat, tereti q; fluentia malo  
 Possit & excusso dimittere uela rudentes  
 Ipse per Ausonias Aeneia carmina gentes  
 Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,  
 Mæoniu q; senem Romano prouocat ore,  
 Forsitan illius nemoris latuisset in umbra,  
 Quod canit, & sterili tantum cantasset auena,  
 Ignotus populis, si Mæcenate careret.  
 Qui tamen haud uni patefecit limina uati,  
 Nec sua Virgilio permisit nomina soli.  
 Mæcenas Tragico quatientem pulpita gestu  
 Euexit Varium. Mæcenas alta Toantis  
 Eruit, & populis ostendit nomina Graijs.  
 Carmina Romanis etiam resonantia chordis,  
 Ausoniam q; chelyn gracilis patefecit Horati.  
 O decus, & toto merito uenerabilis æuo  
 Pierij tutela chori, quo præside tuti  
 Non unquam uates inopi timuere senectæ.  
 Quod si quis nostris precibus locus, & mea uota  
 Si mentem subiere tuam, memorabilis olim  
 Tu mihi Mæcenas tereti cantabere uersu.  
 Possimus æternæ nomen committere famæ:  
 Si tamen hoc ulli de se promittere fas est,  
 Et Deus ultor abest: superest animosa uoluntas,

Ipsaq; nescio quid mens excellentius audet.  
 Tu nanti protende manum: tu Piso latentem  
 Exere. nos humilis domus & sincera parentum,  
 Sed tenuis fortuna sua caligine celat.  
 Possumus impositis caput exonerare tenebris,  
 Et lucem spectare nouam, si quid modò lætus  
 Annis, & nostris subscribis candide uotis.  
 Est mihi, crede, meis animus constantior annis,  
 Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas  
 Cœperit, & nondum uicesima uenerit æstas.  
 Quodd si tam ualidæ mihi robur mentis inesset,  
 Et solidus primos impleret spiritus annos,  
 Auderem uoces per carmina nostra referre  
 Piso tuas: sed fessa labat mihi pondere ceruix,  
 Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.  
 Sed nec olorinos audet Pandionis ales  
 Parua referre sonos, nec si uelit improba, possit.  
 Sic & Aëdonia superantur uoce cicadæ,  
 Stridula cum rapido faciunt conuicia soli.  
 Quare agè Calliope, posita grauitate forensi,  
 Limina Pisonis mecum pete: plura supersunt,  
 Quæ laudare uelis inuenta penatibus ipsis.  
 Ciceronis locus à menda uindicatur. Eiusdem  
 uerba in Nonio desiderata repo-  
 nuntur. Cap. II.

**I**Nter reliquias laceri de Repub. M. Tullij ope-  
 ris, leguntur ex libro primo hæc uerba de pie-  
 tate quæ patriæ debetur, transcripta ex No-  
 nio Marcello, ubi de differentia in significato  
 uocis Antiquus agit. sic enim inquit: Sed quo-  
 niam plurima beneficia continet patria, & est  
 anti-

& est antiquior parens, quàm si quis (ut aiunt) curauerit: maior ei profectò quàm parenti debetur gratia. Quæ uerba ut sunt corrupta, nec genuinam Tulliani nitoris facilitatem seruant, ex uetustissimo nostro codice manuscriptio ita per sanaueris. Et est antiquior parens, quàm is qui creauit: uult enim plus deberi patriæ communi plurimorum parenti, quàm priuatis uniuscuiusq; nostrum genituræ autoribus. Post superiorem Ciceronis sententiam, in manuscripto meo leguntur ista, in excusis hæctenus desiderata. M. Tull. ad Cæsarem iuniorem lib. 3. Ego autem antiquissimum Scythis oriundum, quibus antiquior lætitia est, quàm lucrum. Sentit, ni fallor, de Anacharsi philosopho sapiente, patria Scythia, qui pecuniam fastumq; regium præ animi tranquillitate, quam docet philosophia, cõtempnit, quod de illo alibi lectum est. Ne uerò putet quispiam adulterinam esse librorum ad Cæs. iuniorem inscriptionem, euincet facilè Nonius, nõ semel eorum librorum testimonijs usus: ut paulò ante hunc locum in uerbo Vindicare: M. Tull. ad Cæs. iuniorem lib. 1. Quasi si me ad id beneficium accerseres, quo per te me unà cum repub. in libertatem uindicassem. quorum uerborum prior pars in aliam faciem conuersa, in meo codice legitur huc in modum: Qui si nihil ad id beneficium adderes,

Adagium quo vsus est Varro oblitteratum, in  
vsu reuocatur, emendaturq̄;

Caput III.

**E** Legans est apud D. Hieronymū *parœmia*,  
nō dubiū ex Græco fonte deriuata, qua si-  
mile simili, ut *Cascam Casco* obtigisse in-  
nuere uolentes, dignum accessisse patellæ oper-  
culū dicebant. Græcè sonat festiuus, *δύρεν ἢ λοπάς*  
*τὸ πῶμα*: ac si dicas, Inuenit olla seu patella oper-  
culum. Huius prouerbij emblemate Menippea-  
rum unam exornauit Varro. Constat autem fer-  
mè prouerbiales esse illorum librorū titulos, ut  
ostendunt illæ inscriptiones, *τὸ ἐπὶ τῆ φανῆ μύρον.*  
& *γυνῶνι σεαυτέρμ.* & *Mutuū muli scabunt.* item, *ἀνώ*  
*πῶμα μοί*, quod deprauatū est apud Marcellum, in  
Anopurio, in uoce Polliceres. Consimiliter &  
istud de quo loquimur adagiū, apud eundē pau-  
lò pōst ita uitiose legit scriptū: *Murmurari pro*  
*murmurare.* Varro *heurenulo pastopoma* *περὶ*  
*ἑντ̄ μνηκῶν*: vbi cū ex artificiosa cōiectura, tū  
manuscripti codicis opera, germana talis lectio  
reponenda uenit: Varro *δύρεν ἢ λοπάς τὸ πῶμα, περὶ*  
*γεγαμνηκῶν*: id est, reperit olla operculum, de nu-  
ptis. Eam uerò lectionē ipse literarū ductus cō-  
monstrat, *heuren \* lopas to poma*: nam postre-  
mum illud, *περὶ γεγαμνηκῶν*, his ipsīs charac-  
teribus præfert exemplar manuscriptū, quod cōso-  
nat cū alterius tituli significato, quo *Caiū Caiæ*  
obuenisse gratulantes, aut mordaci sale *Cascam*  
*Casco* nupfisse infimulantes, dignum patellæ o-  
perculum obtigisse prouerbialiter dicimus.

De

deest γ. 4. uerte fol.

vulgariter  
vov 5.263.

mihī habet & supposititia pro *ἀλμυρῖσσις*, à scio-  
lo quopiam in contextum intrusa: hanc etenim  
lectionem defendere mordicus neq; sine ratio-  
ne posse mihi uideor, ex Plinio ita legēte: is nan-  
que uerbum penè de uerbo reddens sic inquit,  
libri decimi capite 34. Pullis primò falsiorē ter-  
ram collectam gutture in ora inspuunt, præpa-  
rantes tempestiuitatem cibo. Accedit Athenæi  
in nono dipnosoph. autoritas, uerba Aristote-  
lis citantis hunc in modum: *ὁ δ' Ἀριστοτέλης φησὶν,*  
*ὡς αἱ περιτρεαὶ γινομένων τ' νεοτῶν τῆ ἀλμυρῖσσις* (quā-  
quam impressus codex transposita una litera *λα*  
*μυρῖσσις* præferat) *γῆς διαμασσοάμηναι, ἐμπύσειν αὐ-*  
*τοῖς διοιγῦσαι τὸ σῶμα, διὰ τὸ τοῦ παρασσοάμηναι αὐτὸς*  
*πρὸς τὴν βροφῶν.* id est; Columbas dicit Aristoteles  
pullis enatis falsiusculam terram præmansam a-  
perto ore inspuere, hac ratione eos capiendo ci-  
bo præparantes. Quòd autem non careat ratio-  
ne, cur pullos suos falsioris terræ manso muni-  
ant columbæ, salis temperamentum docebit ab  
undè, quod à medicis & physicis discas: nobis sa-  
tis est non uanā interpolandæ uocis uiam com-  
monstrasse.

Theodori Gazæ lapsus in Pyralidis auis uoce  
manifestatur. Item Catulli uersus è Græ-  
co fonte indicatus. Cap. VII.

**N**Eq; uerò ociosum fuerit reliquā partem  
de columbis exequi data semel occasio-  
ne, in qua imegisse Gazam hominē do-  
ctissimum certò mihi persuadeo, uti mox indi-  
cabo, Inuenio autem columbarum plura gene-

ra, quàm aut quaterna, quod uoluit Callimachus libro de auibus: aut quina, ut Aristoteli uisum est. Nam primò est *περιστέρα* seu Atticè *περιστέρος*, ab amoris uehementia nomine indito, nobis columba & columbus, quo postremo usus est Catullus in epigrammate ad C. Cæsarē, uersu ex Alexidis Comici Concurrentibus translato, Ut albulus columbulus Dionæus: sic enim iste antea, *ὀλοσυκὸς ἀφροδίτης ἐμὶ γὰρ περιστέρος*. Deinde est *φρυγῶν*, qui nobis turtur: proximo loco *φάσαα*, nostri palumbim siue palumbum dicunt: deinceps *οἰνᾶς*, quam Vinaginem uocat Gaza, syluestris columbæ genus. additur & *πιλειᾶς*, ab eodem Liuia, coloris liuidi argumento. Adijcitur alicubi ab Aristotele & *φάψ*, quam cum *φάσαα* cōfundens Theodorus palumbem uertere non dubitauit, cuius apud Athenæum meminit & Aeschylus Tragicus, ibi:

*σιτρίμινω δύσανον ἀθλίαν φάβα.*

Septimum genus dici *πυραλλίδα* inuenio, cuius meminerunt præter Aristotelem Athenæus & Aelianus, cuius auis etymon *ἀπὸ τῆς πυρῆς*, ab igne deducens Gaza, ignariam uocauit, quum potius *ἀπὸ τῆς πυρῆς*, id est, à tritico in quod pabuli gratia inuolet, Frugipetam dixisse debuerit: sonat nanque *πυραλλίς* tritici assultatricem, *παρὰ τὸ ἄλλεῖσθαι εἰς τὸν πυρῶν*: neque enim in genere columborum itidem ut in insectis inuenias, qui ad lucernas aut ad ignem aduolent, sed benè qui fruges triticeasq; fata impetant, uti alij legumina. Longè siquidem alia est hæc pyralis, ab ani-

De Myrmecide Varronis locus à menda uindicatus & declaratus. Cap. IIII.

**I**Nter minorum operum, quæq; uisum præ nimia exilitate penè subterfugerint, artifices, primum locum Myrmecidæ Milesio tribuit antiquitas: is namq; inter cætera laudatæ industriæ monumenta, quadrigam sculpsisse ex ebore legitur, quam cum agitatore suo, musca alis suis cooperuerit, quod à Plinio Polyhistore libro septimo, capite uigesimo primo, & libro 36. capite quinto, literis proditū est, & ab Aeliano in omnigenæ historiæ primo repetitur. Addit quoq; Plinius nauem apiculæ pennis absconditam inter eius opera. Aelianus etiam elegiacum distichon in sesamo minuto legumine descriptū aureis literis. Certè Cicero minorum opusculorum fabricatorem fuisse non dissimulat in Academicis. De eo sentit M. Varro lib. de latina lingua sexto, corrupta in excusis exemplaribus Myrmetidis uoce pro Myrmecide. ita namq; ibi lego: Etenim facilius obscurā operam Myrmecidis ex ebore oculi uideant, si extrinsecus ad moueant nigras setas.

De columbis Aeliani locus ab interprete perperam conuersus emendatur.

Caput V.

**M**irum est quod de columbis in literas relatum ab Athenæo est, autoritate Aristotelis, quod uidelicet pullis exclusis columbus inspuat, saliuæq; eos lustret ad abigendā fascini uim. ita em̄ scriptū inuenias apud illū lib. 9.

ἔπράξαι δ' ἐν διαδοχῆς παῦ τὸ περιττῶς γίνεσθαι, καὶ γινόμενων τῶν νεοτῶν ὁ ἀρρῶν ἐμπύσει, ὡς μὴ βασιλευσίν, quæ uerba hunc in modū transcripsit in primo Aelianus, ἐν διαδοχῆς φασίην ἐπράξαι τὰς περιττῶς, ἅτα τῶν νεοτῶν γινόμενων, ὁ ἀρρῶν ἐμπύσει αὐτοῖς, ἀπειλούντων αὐτῶν τὸ φθόνον, φασίην, ἵνα μὴ βασιλευσίν δι' ἄρα ἔτο. in quibus uertendis operam lusisse interpretes mihi uidetur, totoque, quod aiunt, cælo aberrasse, dum ea latinis auribus fide nescio qua sic appendit: Columbas successione perhibent ouis incubare, deinde pullis effectis, masculum eos fouere, repellentem ab ipsis omnem iracundiam, ut inquirunt, ne si non faciat, contentiones & lites exerceant. Cùm ego potius hac ratione uertendū duxerim: Alternis incubant oua columbæ, uti perhibent: deinde pullis enatis mas inspuit, liuorem procul abigens, ut ne quid illis fascinus officiat. Vbi in postremis Aeliani uerbis dubito an non rectius legi possit, δι' ἄρας, pro δι' ἄρα, ut ad fascinantium imprecationes referatur.

Locus Aristotelis & item Athenæi expensus cum Plinij uerbis. Cap. VI.

**M**Entio de saluatione columbarum pro-uocat ut Aristoteli genuinam dictionē, pro adulterina quæ in uulgatis libris legitur, reponam, ubi de simili columbarum inspuitione uerba facit. Locus extat libro de historia animalium nono, ita descriptus: γινόμενων ἢ τῶν νεοτῶν φροντίσει δὲ ἀρμότησεος ἰσοφῆς, ἢς διαμασπασάμενον, ἐμπύσει τοῖς νεοτοῖς διαιγνὺς τὸ σῶμα, πορπαρασινουδῶν πρὸς τὸν ἰσοφῆν, Hic uox illa ἀρμότησεος suspecta mihi

replica bina folia

animalculo illo igniario, quod Pyralis Plinio, nonnullis etiam pyrausta uocatur, quod multo iustius ignarium Gaza nuncupauerit, quam istud columbæ genus.

Nonij Marcelli testimonia duo ex Homero interpolata beneficio codicis manuscripti. Cap. VIII.

**N**onij Marcelli doctissimi extra omnem aleam grammatici lectionem plurimum antiquitatis elegantiorisq; literaturæ cognitioni conducere, inficias ire potest nemo: sed tam crebris ille uulneribus saucius atque lacer est, tot tantisq; maculis *ηὐρὸς ἰωνίων* scædè deturpatus, ut difficillimam suscepturus sit maximeq; arduam prouinciam, qui Pæoniam manum illi autori admouere satagat: bonam tamen me operam nauaturū aliquando in sanando eo confido, idq; uetusti codicis manuscripti beneficio, quod ubi commodum uidebitur, primo quoq; tempore præstiturus sum. In eo igitur autore, ubi de uentorum proprietatibus agit, *ἰπποβορμῆος* leguntur duo Homerici uersus, nihil ad loci intelligentiam facientes, aut etymi rationem, de quo agit, spectantes. Sed præstat integrum locum adscribere, qualis in impressis libris legitur. Austrum, inquit, qui græcè *νότος*, dictum ab humore & nebula, quòd *νότις* græcè humor latina interpretatione dicatur, ac sit is uentus sudoris effector, ut est Homeri: *σὺν δ' αὐρὸς τε νότος τ' ἰπποβορμῆος τε δυσαῆς*. Hunc ego uersum, Aristarchi ius si usurpare fas sit mihi, ut supposititium

eius loci iugulo, illiusq; uice, exemplaris manu-  
scripti fidem secutus scribo, κατὰ δὴ νότιοι ἴδιος ἰ-  
δρῶς: quasi isto hemistichio dicti sui fidem autor  
querat, quòd Notus uentus sudoris fit effector,  
quum Homero νότιοι ἰδρῶς fuerit dictus, ac si au-  
strinum sudorem dicas, nempe humidum, nam  
in altero illo uersu nulla uisit aut humoris aut  
sudorificæ qualitatis mentio. Sequitur deinde:  
Boream, hoc est, aquilonem ἀπὸ τοῦ βοῆς, quòd so-  
norus fit & procellosus. Homerus, καὶ βορέης αἰ-  
θηχεγέτης μέγα κῆμα κελίνδων. In alio loco, ἰδί κραι-  
πὸν βορέω τάδε κῆμαῖα ἄξεν. Huius posterioris in  
locum substitue ex libro scripto non semel an-  
tea citato binos Homeri uersus ex Iliados deci-  
moquarto, in quibus manifestò Boreæ etymon  
exprimitur, quod ille indicauit:

ἔτι θαλάσσης κῆμα τέσσαρ βοάα προτὶ χέρσον  
ποντόθεν ὄρνυμῆνον πνοίη βορέω ἀλεγεινῇ.

Varronis monumentorum inscriptiones à macu-  
lis afferuntur apud Non. Marcellum.

Caput IX.

**T**Am spissis maculis deturpatæ atq; adulte-  
ratæ sunt apud eundem scriptorem lucu-  
lentissimi auctoris M. Varronis librorum  
inscriptiones, ut conuiuenter eos aut dissimu-  
lanter non queam præterire. Nihil enim occur-  
rit ibi frequentius quàm, Varro Eudæmonibus:  
sed uitiata lectione, quum constanter ubiq; ma-  
nuscriptus codex, quem ego magnifacio, & σκί-  
δρω ταλαύτω, quàm Hectoris corpus apud Lyco-  
phronem, digniorem iudico, Eumenidibus le-  
gat;

gat. ita γέροντοδιδασκάλω passim ex eo reponendum est, pro γέροντο & διδασκάλω, efficto nomine ad instar ἄσωτοδιδασκάλω, quem Alexis Comicus docuerat. Rursus ubicunq; Tithonio & Titone & Titosne περι γήρωσ inuenitur, scribendum est Tithono περι γήρωσ. Tithonus enim Auroræ deliræ ad extremum senium peruenit. Item quoties citatur Varro Sciamachia περι ταφῆσ, legi debet, περι τύφωσ, de fastu: cū umbratili enim pugna commune quid habet iactantia: eam siquidē lectionem in uoce Lucius emendatiorem inuenias. Iam uerò in dictione Vulgus, ubi legitur, Varro Crono περι ταφῆσ, ex manuscripto substitue, Cycno, pro Crono. Eandem uocem ex eodem adde in uocabulo Iteris, ubi de mutata declinatione agitur, hoc pacto: Varro cycno περι ταφῆσ: rectissimè nanq; titulum illum scriptum inuenias capite de numeris & casibus, hunc in modum, Varro κύκνω & περι ταφῆσ. conuenit etenim titulus uterq; in cygni morte sepulturā suam funusq; lugubri cantu præcinentis. Mutuatus autē fuit titulum ab Alexide Comico, quem in κύκνω pro teste aduocat Athenæus lib. 2. Iam uerò & corruptissima lectione citatur Varro noprandis, in dictione Papauer, quum Admirandis ibi scribi oporteat hac ratione: Varro admirandis, Infriasse papauerem. pro eo quod est in uulgatis codicibus, Varro noprandis: infrias sene papauc-rem. Nostram lectionem cōfirmat Fl. Sospater artis grammaticæ lib. 1. quem uide si lubet. Præterea apud Nonium in dictionibus Amnem, &

Singulum, perperã legitur, Varro *περί πλῆτος*, de diuitijs, quum manifestariò scribi debeat *περιπλῆ*, siue *περιπλῶ*, in lustratione terrarum. Sic in uocabulo Spissum, pro *περί πλῆτος*, *περί φίλτος*, Erraremus, ex manuscripti exemplaris fide legemus, *περιπλῶ*, *περί φιλοσοφίας*, Et ne erraremus & c. Et certè minus deprauata est lectio in uoce Lucuus, ubi sic legitur: Varro periplum libro secundo *περί φιλοσοφίας*, pro, *περιπλῆ*. Insuper in uoce Præcox, pessimè scribitur Peridebo, pro, Synephebis, aut saltem Epliebo *περί ἐμμονῆς*, uti alibi rectius legitur. Rufus in uoce Conscribellauit, pro, Varro columna *Ἡρακλῆς*, reponito ex nostro codice, Varro columna Herculis, *περί Ἡρόκλῆς*. Iterum in dictione Plagæ, loco eius quod ibi legitur, Varro lege Meniados, admirantes quòd sereno inde tenuisset: restitue sic, Varro lege Menia: Admirantes quòd sereno intonuisset. Demum quotiescunque uel Marco uel Bimargo scriptum reperitur, sincera & genuina libri inscriptio reponenda est Margopoli: is enim eius est titulus, quem etiam *περί ἀρχῆς*, de dominatu nuncupauit: per Margopolin urbem Romam, insanam luxuriæ deditam, mihi uisus innuere. Cæterùm quod mendum in uoce Oliuitatem est, Varro in gloperiton, certa ratione sanare non ausim, nisi quatenus suspicioni eruditæ locus esse potest, quando legi posse uideatur non malè *γλωτῆρα περιουῶν*, uel una dictione *γλωτῆρα περιουῶν*, qua uoce rabula denotatur: uestigia enim harum literarum fermè monstrat manuscri

ptus codex, in quo extat ita, glotto peri oton.  
 Delentur plurima menda in epigraphis fabula-  
 rum Plauti, Cæcilij, Accij, aliorumq̄,  
 apud Nonium commissa.

## Caput X.

**Q**uid obstat quo minus in corrigendis  
 nōnullis aliorum poëtarum epigraphis  
 eandem remediorū adhibendorū uiam  
 commonstrem, uibices & hyposphagmata suis  
 splenijs inducturus? Ac primū quidem festi-  
 uissimi Plauti, pro cuius *Asinaria* fabula no-  
 tissima, perperam *Sisennaria* legitur apud No-  
 nium Marcellū in uocabulo *Cursura*. Neque sa-  
 tis plenè legas apud eundem in dictione *Ocu-  
 litus*, *Corni* qui amant, pro eo quod est, *Plautus  
 Cornicularia* (est enim & istud fabulæ nomen,  
 sed quæ temporum iniuria abolita est.) Qui a-  
 mant & c̄. Similiter in uoce *Præficæ*, parum ritè  
 ista leguntur: *Plautus friuola*, superboq̄ omnes  
 argutando *præficas*. clarius ita, *Plautus Friuola  
 ria*: *Superaboq̄ omnes*, & sic deinceps: nam *Fri-  
 uolariam* agnoscit & *Charisius*. Illud uerò de-  
 prauatissimè omnium scriptum est in dictione  
*Clunes*. *Plautus*: *Ambroico* quas *lupus* ab ar-  
 mis ualeo: pro quo lego cōstanter, *Plautus ἀγροί-  
 αιν*, quasi *lupus* ab armis ualeo, *clunes* desertos  
 gero: quod spectat ad uulgare dictum, quo lu-  
 pum armos ualidos habere, sed impotentē atq̄  
 imbecillum *clunibus* prædicamus. Quod au-  
 tem ἀγροίαινα legendum sit, uel solus *literarum  
 ductus* euincat: manuscriptum certè exemplar

abroico scribit, Constat autem *ἀγροικόν* fabulam Plauto fuisse attributam, nam Plauti adulterinā agnoscit apud Aul. Gellium Varro libro de comædijs Plautinis, M. Aquilio eam ascribens: alioqui Philemon Comicus & Antiphanes similiter *ἀγροικόν* scripsisse memorantur ab Athenæo. Secundo loco ad Cæciliū (cui primas inter Comicos defert Sedigitus) transeamus, qui Plotiū scripsit à Menandro conuersam fabulam, Gellio teste, quod nomen deprauatum est apud Nonium in dictione, Opulentitas, ubi Potio legitur malè. Scripsit idem & *ὀβολοσάτω*, quod nomen laceris artubus disparatum est in tres uoces, obolio, ista te, quum in Nonio dictione Delica, iunctim legi debeat, Cæcilius obolostrate. Similis luxatio deartuatiōue in uocabulo Pulchritas uisitur: sic enim illic legas, Cæcilius arpaio: Mene dij boni quid illud est pulchritatis. Ego sic corrigo, Cæcil. *ἀρπαζομένη*: Dij boni quid illud est pulchritatis. Rursus in uoce, Collū: Cæcilius Sarpazo: Mane hunc collum ludo præcipi iube. Ego repono, Cæcilius *ἀρπαζομένη*: Hunc collū ludo præcidi iube. quæ lectio integra mansit in dictione Exlex. Citat & Sosipater Cæcilij *ἀρπαζομένου*, solo masculiei sexus discrimine: adducit & ex Philemonis Comici *ἀρπαζομένη* testimonium Athenæus. Neq; minor est menda in eodē loco, ubi contiguus uerbis ista leguntur: Idē scenophebis: cadretim res redit, imò collus nō res. Ego restituo ex manuscripto: Idē Synephebis: Ad restim res redit &c. Quo in loco nō possum quin

quin etiam lepidissimū Næuij dicterium à men-  
da repurgem. ubi nanq; legitur, Næuius: Cor u-  
trum scapulæ plus angulus colli habeat nescio:  
locum ita ex meo codice emaculo: Næuius Co-  
lace: Vtrum scapulæ plus, an collus calli habeat,  
nescio. Quòd autem Cæciliij fabula fuerit Syne-  
phebi, neminem fugerit qui Ciceronis libellum  
de senectute triuerit, testimonium inde peten-  
tis. Scripsit Cæcilius & Hypobolimæum, quasi  
subdititium dicas, cuius fabulæ meminit & Soffi  
pater, quam de Menandro aut Alexi de Comi-  
cis conuertisse uideretur: quæ lectio apud Non-  
mansit integra in uerbo Rabere, nisi quòd pro  
Astrabia, manuscriptus codex habet Rastraria:  
at in uoce Singulatim, pro hypoboli, Hypobo-  
limæum legit: eandemq; esse fabulam contende-  
rim, quam Nonius alibi Subditiuū uocat, græ-  
cam ut opinor uocem exprimere uolens. Præter  
hæc citatur Ennius Hectoris Iustris, tu *νύποις* le-  
gito: ita uocantur dona redemptoria, quibus  
Priamus Hectoris mortui corpus ab hoste A-  
chille redemit. Huc adde Accij Aeneadas siue  
Decium, qua fabula Romanorū ab Aenea ge-  
nus ducentium, ac præcipuè Deciorum, pro pa-  
tria mortem oppetentiū uirtutem extulisse uide-  
tur, quod indicat uersus ille quo apud hūc poë-  
tam Decius iunior se pro patriæ salute dijs ma-  
nibus deuoturum cōfirmat, ad patris exemplū,  
sic inquit: Patrio exemplo & me dicabo atq;  
animam deuorabo hostibus. Proinde in uerbo  
Ignouit, malè scriptum est, Accius Aeneadis de

cimo: scribendūq; Accius Aeneadis aut Decio: ita distinguendū est in uoce Sanguis, ubi perperam, Accius Aeneadis: Aut Decio uim Gallicā. rectissimè uerò in dictione, Tumulti, Accius Aeneadis uel Decio. Neq; silentio obmittā Laberij *βελονιστία*, quam ad imitationē *ἀντιστίας* Comici Antiphanis dedisse illū uerisimile est, utraq; uoce sarcinatricē significante. Itaq; apud Noniū in aduerbio Efflictim, quādo legitur, Laberius bello: instrua domina nostra priuignū suū amat efflictim: legendū autumo, Laberius Belonistia. Reddamus uerò & Afranio Comico suā fabulā & lectionē integrā: nam in uoce Spissum ex manuscripto codice ita lego: Afranius incēdio: itaq; spissum uideēt fieri, nō possum domi meū uirum expectare, quem mihi studeo iandudū dari: pro quo uulgati codices habent, Afranius cædo: & pro possum, possunt: pro studeo, studio. Sed forte quis pro Cædo, Cæco reposuerit, quòd memorēt & Plauti & Titinnij eo nomine fabula à Charisio. ego uetusti exemplaris fidem sequor. Neq; mihi tēpero, quin Pomponij Comici locū interpolē: nā ubi in uoce Primiter, hūc in modū scriptū extat: Pōponius Accius geminis: quin bono animo es uideo, eripis primiter dapes: uetustus codex legit, Pomponius Maccis geminis: quin bono animo es uideo, eripuisti primitus de pannib. quæ lectio confirmat & ab ipso Nonio posita, ubi docet, pannibus dici pro pannis. quin & Pomponiū Secundū Maccis geminis prioribus testem aduocat alicubi Fl. Sospiter, ita ut binas  
hoc

hoc nomine fabulas dedisse iste comicus uideat.

Quintiliani locus corrigitur, & Ennij apud Marcellum, item Varronis. Cap. XI.

**I**llud item, tametsi nō magni momenti, apud Fabiū lib. 10. nō debet nō etiā in hunc ordinē referri, quo de Plauti fabulis censurā fert, sic inquiring: In comœdia maximè claudicamus, licet Varro dicat Musas, Aelij Stolonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui uellent. Pleriq; codices, quos secuti uidetur Petrus Crinitus & Lilius Gyraldus, uterq; in libris de poëtis, scripserunt Elpij Stolonis: at ego Aelij Stolonis legendū arbitror: iudiciū em̄ illud de Plauto ex magistri sui uerbis repetisse Varro nē probabile est: is aut̄ fuit Aelius Stilo, quod in primo grāmatices à Sosipatro dictū est, & Prisciano li. 6. Quin & huius ipsius Stolonis crebra fit mentio in fragmentis Sex. Pompeij: uelut ibi, ut unū ex multis adferā, Sonticū morbū in xij. (uidelicet tabulis) significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa. Meminit eius & Plinius li. 9. natur. hist. & 33. cap. 1. Item Varro lib. 4. de lingua latina, ubi uitiose Cornelius Stilo scribitur, pro Aelius Stilo. Porrò quia similitudinis quid habet cū superiore censura, Ennij sententia, alieno, ut apparet, stomacho, plata de illo ipso, sed prodigiose deprauata apud Noniū, subiiciet à me integritati suę reddita: Enni poëta salue, qui mortalib.

*Versus propinas flammeas medullitus.* Iambici sunt trimetri, pro quibus prauè legitur in uerbo Propinare, *En uocas elue qui mortalibus &c.*

Apud M. Varronem libro de lingua latina versus  
Pacuij emendatus. Cap. XII.

**P**Acuijanus uerficulus extat apud Varronē  
libro de latina lingua sexto, monstruose  
conspurcatus, hunc in modum:

*Halyconis ritu littus peruolgans furor.*

Hunc ego integritati suæ sic restitutū iri melius,  
imò indubitatus censeo:

*Halcyonis ritu littus peruolans feror.*

Videtur autem senarius detortus ex illo Alcma  
nis Lyrici:

*ὄς τ' ἄδ' ἰκίματ' αὐθ' αἴμ' ἀλκυόνεσσι ποτ' ἔστ'.*

Nota est de Cæyce Trachiniorū rege eiusq; con  
iuge Alcyone fabula, qui cū eò factus elati fo  
rent, ut proprijs nominibus compellari abnue  
rent, ascitis Iouis Iunonisq; nominibus, uindi  
ce Dei ira extincti in auium formam transierūt,  
ille naufragio submersus in Cerylum, hæc luētū  
exanimata ob mariti desiderium, in halcyonē.  
Porro istud grauis superbix exemplum prouo  
cat me ad adscribendum inauditum Pallantis  
Claudij Cæs. liberti fastidium, qui libertos suos  
non modò non dignabatur alloquio, sed etiam  
nihil unquam domi, nisi nutu aut manu signifi  
casse proditur à Cornelio Tacito: aut si plura de  
monstranda forent, scripto utebatur, ne uideli  
cet uocem cum illis consociaret.

Aul. Gellij & Aufonij poëtæ locus à uitio  
vindicatus. Cap. XIII.

**A**Pud Aufonium poëtam in Centone nuptiali  
perperam ita legitur: Quid antiquissimi poëtæ

Liuij

Liuij *κροτοπαιγνίου* libros loquar? quo loco *ἔρωτοπαιγνίου* legendum esse procliui lapsu certum est ex Prisciano & Sofipatro grammaticis: nam fœdior etiam in Gellianos codices irrepsit error libri secundi cap. 24. hunc in modum: Huius legis Lælius poëta meminit in Crotopægnijs: ubi non titulus tantùm libri malè habet, sed & autoris nomen corruptũ est, pro Liuiio Lælius. Constat autem Liuium Andronicũ plusculos libros *ἔρωτοπαιγνίου* olim scripsisse, quibus amatorios lusus profecutus fuit: quam inscriptionem æmulati postero tempore Næuius & Pacuius Erotopægnion libros edidisse leguntur apud Non. Marcellum, utrunq; enim autorem Erotopægnion citat: nam in uoce Latibulet, mēdose scriptum est, erotopegnion. Quod uerò sequitur in Aufonio: Quid Euemum, quem Menander sapientem uocauit? Euemerum lego: is etenim scriptor Messenius patria, libidines, obscœnas spurcosq; deorũ amores carmine euulgauit, ab Ennio postea in latinam linguam conuersus. Unde sic quoq; apud Sex. Pompeium legendũ est: Quam rem in medio (quod aiunt) positam Varro & Euemerus (non Eumerus) ineptis *μύθοις* inuoluere maluerunt, quàm simpliciter referre.

Hiulcus locus in quo senarij duo Græci desiderantur, apud Ammianum expletur.

Caput XIII.

**G**Enios (quos & præstites, quòd actionibus humanis præsent, uocat Martianus Felix) hominum custodes cum Hesiodo

credidit omnis antiquitas, ita dictos quoniam à genitura unicuiq; adfocientur, quos à Virgilio etiã manes appellari autumat Seruius. De ijs sic Ammianus hist. lib. 21. Ferunt enim, inquit, theologi, in lucem editis hominibus cunctis, salua firmitate fatali, huiusmodi quædam uelut ætus reætura numina sociari, admodum tamen paucis uisa, quos multiplices auxere uirtutes: idq; & oracula & autores docuerunt præclari, inter quos est etiam Menander Comicus, apud quem hi senarij duo leguntur. Hactenus ille: sed quorum testimonium aduocat iambici desiderantur, relicta lacuna, quam ex Eusebio de præparatione Euangelica 13. explere licet: illic enim integri leguntur hi duo, de quibus loquitur, senarij:

*ἀπαντι δόμῳ ἀνδρὶ συμπαρίσταθ*

*σὺν γενόμενῳ μυσταγωγὸς τῆ βίᾳ, hoc est;*

*Mortalium cuilibet nato suus*

*Vitæ custos rectorq; genius iungitur.*

Hos itaq; diligens lector suo in codice adscribe re poterit. Citat eosdem non plenè tamen Theocriti scholiastes Idyllio secundo his uerbis: *ἀπαντι δόμῳ ἀνδρὶ συμπαρίσταθ σὺν γενόμενῳ.*

Quæ dicatur apud Petronium Arbitrum margarita tribacca, ibidemq; locus castigatus. Cap. XV.

**A** Pud Petronium Arbitrum Satyrographum de ciconia leguntur sequentes uersus mendis referti:

*Ciconia etiam grata peregrina hospita,*

*Pietatis cultrix gracilis pes è tota listria.*

*Auis exul hycmis, titulus trepidi temporis,*

Nequi-

Nequitiae nidum in cacabo fecit meo.

Quo margarita cara tribaca iudica.

An ut matrona ornata faleris pelagus

Tollat pedes indomita in strato extraneo.

quos ita legendos iudico:

Pietatis cultrix, gracilipes, glotoriftria, aut ut alij ma-  
lunt, choraliftria,

Auis exul hyemis, titulus tepidi temporis,

Nequitiae nidum in cacabo fecit tuo.

Inuehitur enim in Romae luxum. Pergit deinde  
per interrogationem conuiciatoriam:

Quo margarita cara, tribacca, Indica?

An ut matrona ornata phaleris pelagijs,

Tollat pedes &c. hic tribaccam dixisse mihi uideat  
margaritam, quae tribus baccis unionibus uel in au-  
ri insertis constabat; solebant enim binos ternosque  
elenchos (ita uocant margaritas in longum fastigia-  
tas) aurea bractea coniunctos auribus suspende-  
re. quod non reticuit Plinius acerrimus luxuriae  
Romanae exagitator, quum lib. 9. ca. 35. sic ait: Hos  
digitis suspendere & binos ac ternos auribus, fo-  
eminarum gloria est. At baccarum appellatio pro u-  
nionibus, uel in illo Virgilij elucescit: Colloque  
monile baccatum. Quod autem Indica legendum sit,  
docebit etiam Plinius loco antea citato: nam quum  
principatum culmenque rerum omnium precij margari-  
tas tenere dixisset, subiungit, Indicum eas ma-  
ximam Oceanum mittere. Phaleras uero pela-  
gias appositum uocat ipsas margaritas, uelut or-  
namenta foeminarum cultus est pelago, hoc est, con-  
chylis marinis quaesita. Quod uero in eiusdem

Arbitri fragmento aliquanto pòst legitur: Vise-  
bamus nos omnia per foramē ualuar, quod pau-  
lò antè ausa hostialis rupta laxauerat. Rectius  
hunc in modum scribetur, quod paulò antè an-  
sa ostij disrupta laxauerat. Item sub finem uer-  
sus illos,

*Cui læsos uiridisq; Thasos, quem Lydus adorat*

*Septifluus, templumq; tuis imponit hipeplis.*

ita concinno atq; repono:

*Cui Lesbos, uiridisq; Thasos, quem Lydus adorat*

*Septifluus, templumq; suis imponit Hypæpis.*

Est autem Lydiæ oppidulum Hypæpa, ut in un-  
decimo Meramorph. testatur Ouidius,

*Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypæpis.*

Alioqui etiam Dianæ sacer hymnus Hypæpus  
est, Theodorito teste.

Quam ob causam Aegyptij olim & Iudæi à suilla  
abstinuerint. Cap. XVI.

**Q**ua ratione moti Aegyptij à suum esu ab-  
stinuerint se, religionē ne, an odio & a-  
uersatione quadam animantis, contro-  
uersum posuerunt autores: nam Aelianus libro  
de Animalibus decimo, illos propterea suum o-  
disse cōmemorat, quòd carnibus humanis non  
abstineat: non immeritò ergò illos auersari be-  
stiam anthropophagon. Eudoxus aliam addu-  
cit causam, cur Aegyptij sues nō iugulent, quòd  
greges earum aruis immittere consueuerint, ut  
proculcando rostrisq; sodiando humum euer-  
terent & sata adobruerent, quò sic contacta ab  
uolucrum iniuria immunia essent. Que ratio  
repe-

repetitur etiam à Callistrato apud Plutarchum in symposiacôn quarto, ubi ait, Sacerdotes Aegyptios suem ideo colere, quòd prima rostri acumine tellurem findendo, aratri usum ostenderit: unde rustico instrumento Vomeri nomen *vms*, à sue uidelicet, quæ *vs* illis dicitur. quanquã refertur illic & alia causa, qua suillæ carnis esus contagiosus esse perhibetur, & uirilignes, lepras, cutisq; aspredines conciliare, quæ uitia illi non sine iustissima causa detestati fuerint. Quibus dictis consonat quod à Manethone Aegyptio proditum est, eos qui suillo lacte utuntur, lepram & alphos incurrere. Annotatur & illud ab Aeliano, sues Soli Lunæq; inimicas ab Aegyptijs existimari, ac propterea Lunæ immolari, nec alteri deorum cuiquam. Sic Athenienses in mysterijs Cereri sacris suem mactare, uelut segeti satisq; aduersam. Equidem bestia in uictu ob scœnitatem, qua præ cæteris luto delectatur, ac in sterquilinijs locisq; cœnosis libentissimè uoluntatur, in causa potissimum fuisse arbitror, cur suillæ esus edicto legis Mosaicæ Iudæis prohibitus fuerit, ut allegorico tropo absterrentur à peccatorũ lutulento uolutabro. Cur uerò suem Veneri immolasse Argiui legantur (quod Callimachi testimonio scribit Athenæus) euenisse puto, sacriq; occasionem natam ex Adonidis Veneri tantopere dilecti nece, quem suis dente occubuisse scribunt autores. quod cõfirmavit & Sex. Pompeius, sic scribens: Suillum genus inuisum Veneri prodiderunt poëtæ, ob interfectum ab

apro Adonim, quē diligebat dea. Cōsimilia scribit & Nonnus Panopolitanus Dionysiacōn lib. 41. dicens inter cæteras animantiū species Venerem solūm aspectū suū aprorum'ue abhorruisse,

ἔπειθ' οὐδὲ ζῆλον μορφῆς Ἄρης κάρχαρόδωρ θανάτηφόρον ἰδὼν ἰάλλωρ Ζηλομανῆς ἤμελλεν ἀδώνιδι πότμον ὑφ' αἰνεῖν.

id est: Mars quia zelotypus, speciem suis improbus olim Mentitus, pulchrū letali uulnere Adonim Conficret.

De Garo locus Martialis interpolatus & expositus. Cap. XVII.

**G**Arū tantopere prisco seculo nobilitatū, constat saniē fuisse cruentā ex intestinis piscium, præcipuē scombrorum, quos macquarellos recētiōr gratas nominat, eliquatā, quod à falsamenti conditaneo iure ταριχῆρον epitheto dixit in Triptolemo fabula Pherecrates Comicus. Laudatissimū autē maximiq; precij fuit, qd Garū sociorū uocitabant superbo admodū titulo, unde pulchrè Epigrammaticus in xenijs: Expirantis adhuc scombri de sanguine primo, Accipe fastosum, munera rara, garum.

Sic enim interpollem locum dare placuit ex uetustissimo eorū emendatissimo exemplari manuscripto, pro eo quod in excusis est, facosum. quī nanq; potuit cōmendare garum facosum, rarissimi muneris nomine, quum illud quod faculentū aut facis instar in cophino delicuerit, halæcis nomine notius nūcupatum fuerit. At illud, sociorum superbo nomine dictū, agnouit Plinius libro nono, ubi M. Apitium hominem ad

ad omne genus luxus mirum, mullos in sociorum garo (nam ea quoque res, inquit, cognomen inuenit) necari præcellens putarit. Item Aufonius ad Paulinum scribens: Scis autem, inquit, me id nomen muria quod in usu uulgi est, nec folere nec posse dicere, cum scientissimi ueterum & græca uocabula fastidientes, Latinum in gari appellatione non habebant: sed quocumque nomine loquar, liquor iste Sociorum uocatur. Vides ut superbum arrogansque nomen utrobique audiat garum. At ne quis fastosum respuat elliptice pro fastuoso, uelut alienum à poetis numeris, exemplum adferam testimonij loco ex Annæi Lucani elegantissimo opusculo ad L. Calpurnium Pisonem scripto, ubi sic legitur:

*Rarâq; non humilem calcat fastosa clientem.*

M. Varronis locus apud Nonium Marcellum emendatur. Cap. XVIII.

**M**agnam inuidiam omnibus seculis sustinuit magnatum potentia, quod inferiores se oppræsserint semper. Eam sententiam appositissimè reddidit Varro in Menippeis, libro quem Margopolim, siue *μεγιστοπολις* inscripsit, uersibus ita ut nunc leguntur, corruptioribus apud Non. Mar. unde ea ipsa sententia exculpi nequeat: sic etenim apud illum in uerbo Comest, legere est:

*Nam humanis omnia sunt paria, qui te plus urget,*

*Piscis ut sæpe minutos magnus comest, ut auis enecat accipiter.* Tu reponere uersus suis numeris ita ex manuscripto codice, cuius fidem sapientius iam antea approbauimus,

Natura humanis omnia sunt paria.

Qui pote plus surget: piscis ut sæpe minutos

Magnus comest, ut auceis enecat accipiter.

Citat ita corruptos, ut antea indicauimus, etiã  
Perottus in glorioso illo suo Copiæ cornu.

Philostrati locus expositus contra Lili  
Gyraldi sententiam. Cap. XIX.

**M**Orfinius poëta traducitur ab Aristopha  
ne frigidus ac insulsus, quo nomine ex-  
plosus sæpenumero fuit & exhibatus è  
theatro, ut indicant scholia. Hinc putat Lilius  
Gyraldus multæ alioqui lectionis uir in histo-  
ria poëtarum, quam scripsit, profectum esse re-  
sponsum Apollonij Tyanæi ad Domitianum  
Cæsarē, ὃ μὲν με κτανίειν, ἐπεὶ ἔτοι μέρσιμθ' ἐμὶ, hoc  
est, ut ipse interpretatur: Non me rex occides,  
non enim Morfinius ego sum. Qua in re puden-  
dus hominis error elucescit, quum μέρσιμθ' il-  
lic à fato neci destinatum significet, uolueritq;  
Tianæus Cæsari Homericò uersiculo indicare,  
nondum fatale suum adesse tempus, quo à fatis  
decretum sibi sit mori: siquidem fidem dicti cõ-  
probauit euctus, uti prodidit Philostratus, dis-  
paruisse illum ex oculis subitò euanidum scri-  
bens: ita ut rectius uersiculum illum conuerte-  
re sic liceat,

Non me interficies, nanq; hoc tibi fata negarunt.

Repetuntur Philostrati uerba etiam à Suida, a-  
pud quem perperam Δομήτιου pro Δομητιανού scri-  
ptum est in uoce μέρσιμθ'.

Germa-

Germanici Cæsaris locus emendatur.

Caput XX.

**I**N Arati phænomena, præter Achillē & Theonem qui Græcè scripserunt, circumferuntur hodie Germanici Cæsaris nomine cōmentaria, quæ tametsi docta sint & multam autorum nobis ignotorum mentionē faciant, haud facile mihi Germanici nomen probant. In ijs castigandis operam collocare, esset Augiæ repurgare stabulum: nequeo tamen quin locum unum atq; alterum de luna sub calcem libri à mendis liberem, nam ubi de Lunæ potētia agit, detrimen- ta eius & augmenta, non solūm terram, sed & lapides & cerebra (malè etenim legitur, crebra) animantium, & quod magis incredibile sit, etiam lætamina sentire dicit, quæ in lunæ crementis eiecta uermiculos parturiant. Cuius rationem legas apud Plinium lib. 18. cap. 32. monentē stercus nisi decrescēte luna non tangendū esse, eò quòd omnia quæ cæduntur, carpuntur, cōduntur, innocētius decrescēte luna, quàm crescentē fiant. Sequitur deinde in Germanico: Deniq; crementis lunæ abscissa ligna furfuraceis tinearum terebra manibus fistulasunt: tu lege, terebaminibus. Illud uerò, Nemoribus quoq; adesse dicit, quòd omnis uenatio plus nocte quàm die dormiat: legito ex Placiade, apud quem integrius ista perscripta sunt, plus nocte pascatur, dieq; dormiat. Postremò quæ mox subnectuntur, in hanc formam reponito. Siue Endymionem (expungendo, quòd) amasse fertur, quia

nocturni roris humor, quem ἀπόροια fiderum  
atque ipsius lunæ (pro, qui est fiderum quoque)  
animandis herbarum succis insudat, pastoralibus  
profit succisibus (pro, & past. profunt success.)  
Porro uersus ille Germanici de Iouis nutritæ  
capra Amalthæa, qui sic in uulgatis codicibus  
excusus legitur,

*Sidere quæ claro gratum te gestat alunnum.*

purius rectiusq; scriptus citatur à Lactantio Firmiano  
libro primo capite uigesimo primo:

*Gratum testatur alunnum.*

Omissa quædam in impressis Nonij Marcelli  
exemplaribus, suis locis reponuntur. Cap. XXI.

**N**Eq; malè collocaturū me operam arbitror,  
si quædā in Nonio Marcello omiſſa à chalcographis,  
suis quæq; locis interferam: nam omnia quæ  
sparsim toto opere desiderantur reponere, non unius  
libri materia fuerit. Primum ubi agit de uocabulis  
ab A litera incipientibus, in uoce Abstemius, addunt  
in manuscripto ista: Abstemius est qui nouit, quo rete  
leporum tenebat, lupum non teneri. Deinde in  
litera B, post explicatam dictionem Biuiras, sub  
nexa leguntur hæc: Bouinatores quos nunc  
malitiosos & tergiuersatores dicimus. Lucilius lib.  
11. Hic strigosus bouinator, ore improbus duro.  
Præterea ante dictionē Conspiciliū, infarcienda  
ueniunt ista quæ sequuntur. Cōmemoramentum.  
Cæcilius Plotio: Pudebat, credo, cōmemoramentum  
stupri. Rursus in uoce Depserē, citatur

tur quidem Homerus in Odyſſea, ſed omittitur  
 teſtimonium poëtae, loci hiatum commonſtran  
 telacuna, quod ex Odyſſea duodecimo codex  
 meus rectè adſcribit, *καρὸν δὲ ψῆσας μελιδικα*. Deni  
 que quod in uocabulo Satu, ex Accij Telepho  
 corruptiſſimè nunc legitur, Profeſti quanquam  
 eſt ortus meliori ſatu: ita corrigito: Profeſtò  
 haudquaquam eſt ortus mediocri ſatu. id quod  
 corollarij uice adijcere libuit.

Plinij Secundi locus vnus & item alter ema-  
 culantur. Cap. XXII.

**E** Orū qui Plinianæ hitoriaē libris caſtigan-  
 gandis manum admouerunt, uel ſola no-  
 mina enumerare difficile fuerit, uſque adeo  
 multi ſunt: omnes certè in præclaram laudatiſ-  
 ſimamq; operam incuberunt: & ut res feliciter  
 ceciderit, non tamen potuerunt immenſum il-  
 lud mendarum pelagus exinanire, cūm propter  
 altiſſimam minimeq; uniformem rerum abdita  
 rum ſcientiam, tum propter meliorum codicū  
 eorumq; præcipuè autorum, unde opus tam ua-  
 rium conſutum eſt, penuriam. Iuuabit tamen &  
 in hanc partem uocari, optimeq; de rerum natu-  
 ræ cognitione merito ſcriptori opem ferre pro  
 noſtra facultate, quædam ſanando, nonnulla in-  
 dicando, ſeduliq; leſtoris induſtriam acuendo.  
 Primū enim lib. XVIII. cap. XXVIII. ubi legi-  
 tur uulgo, A ſolſtitio ad fidiculæ occaſum VI. ca-  
 lend. Iunij Cæſari Orion exoritur. Quis non  
 uidet, Iulij aut Iulias legi oportere? quippe cūm  
 præceſſerit illud, à ſolſtitio, quod olim ad ſextum

Cal. Iulij computabant. Illud uerò quod mox sequitur de Procyone, Et autem magnopere pertinens: lege uti in Cæsaris Dictatoris tabula de astris legitur, ad æstum magnopere pertinens: est enim illud sidus in primis æstuosum. Deinde illud, xvj. Calend. Augusti Assyriæ Procyon exoritur: in Cæsare scribitur loco Procyon, Chiron, quod mihi suspectū est. Præterea, Dein postridie, ferè ubiq;: aliàs legitur, post triduum ferè. Quod autem eodem capite de tempestatum generibus legitur, insigni macula deturpatum est, atq; ita ex meliori codice reponendū: Vnum quod tempestates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; similia intelliguntur: quæ cum plenilunio acciderint, uis maiore impelluntur. pro quo in uulgatis libris legimus, quæ cum acciderint, uis maior appellatur. quæ lectio fatua est omnino, nihilq; salis Pliniani habet: at prior illa plena est, nusquam *ἄλλειπύς*, & aperta, qua uis ingens plenilunij in tempestates declaratur. Neq; uerò ociosum fuerit diuersam lectionem indicare in sequētis capituli initio, ibi: Namque Vergilię priuatim attinent ad fructus: aliter legitur, primatum tenent.

Arnobij locus à macula vindicatus, & Eusebij interpretis insignis error. Cap. XXIII.

**A**Rnobius Lactantię præceptor, pius cum primis scriptor, & durior licet, abstrusissimæ tamen antiquitatis & omnigenæ eruditionis cognitione refertissimus, septē aduersus gentes libros scripsit, à sciolis & nasutioribus

ribus malè aliquibus in locis habitos, in quorū quinto, ubi mysteriorum Eleusiniarum ritum suggillat, & quid ab initiatis respondeatur, recenset, macula nō leuis in excusis libris insedit, quando sic ibi legitur: Ipsa deniq; symbola, quæ rogati sacrorum in acceptionibus responderis: ieiunavi, atq; ebibi cyceonem, exta sumpsi, & in calathum misi, accepi rursus, in cistulam transtuli. quum pro illo, exta sumpsi, reponendum sit, è cista sumpsi. Emendationis uiam aperuit Eusebius Euangel. præpar. lib. 2. totidem uerbis repetens illorum symbolon, quod conceptis uerbis accinere solebant: sic enim inquit, *ἡ ἀστὶ τὸ σίωδιμα ἐλδυσινίων μυστηρίων, ἐνήσδσσα, ἔπιον ἕ κρυκεῖονα, ἔλαβον ἐν κίστῃς, ὄργασάμενον ἀπέδελω ἐς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάδος ἐς κίστην.* hoc est: Hæc formula est tessere Eleusiniarum mysteriorū: Ieiunavi, cyceonem bibi, è cista sumpsi, operatus in calathum deposui, & è calatho iterum in cistam. Vides apertè, è cista legi debere: nusquam enim extorum fit mentio, uictimas non admittentibus his sacris, sed placentas, sesama, papauerum capita, & id genus alia, quæ mysticis illis cistulis includebantur, uti paulò pōst idem autor cōmemorat. Cæterū Eusebij lectio mouit mihi stomachum, interpretis Georgij Trapezuntij uerba & ineptam uersionem cum Græcis conferenti, quæ citatur etiam à Lilio Gyraldo in syntagmate de Proserpina, hunc in modum: Sed nequeo latius huius Phephattæ sacra enarrare, quasillum, rapinam Edoneæ, terræ hiatum, sues Eubolei, quas eodem

hiatu simul & duas deas absorptas fuisse aiunt: unde Megarenſes in Theſmophorijs ſues immitunt. Quam abſurdiffimam uerſionem ira inter polauero. Viſ'ne Proſerpinae florum collectiōnem tibi narrem? & calathum, raptum à Plutone factum, terræ diſceſſionem, & Eubulei ſues ſimul cum Deabus telluris hiatu hauſtas, qua de cauſa in Cerealiſus ædita uoce exclamantes, porcos exigunt atq; eliminant. Id nanque ſonat uerbum *μεγαριſειν*. Græca uerba, quia cuius obuius autor eſt, in præſentia omitto, ut prolixitatis faſtidium uitem.

Varronis uerba emendantur apud Nonium.

Caput XXIII.

**L**Audatiſſima eſt & ſaluberrima eadem ſententia, *μηδὲν ἄγαν*, Nil nimium: de cuius autore uaria eſt diſceptatio: nam Chiloni dictū iſtud aſcribunt Pindarus & Critias: Theophrastus Siſypho: pleriq; Thaleti Mileſio: nonnulli Sodamo, uti teſtatum facit Tegeaticum oraculum, quod ita habet:

Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπεράτης, ὃς μὲν ἀνέθυνεν,

μηδὲν ἄγαν, καὶ τῶ πάντων πρόσει καλὰ.

Quod innuit Sodamum Eperati filium, uotiuæ tabulæ poſitorem, has extuliſſe ſententias, Ne quid nimis: & Tempori omnia rectè fieri. Dictum autem illud, *μηδὲν ἄγαν*, corruptè legitur uerbis Varronis apud Nonium, in dictione Me dioximum, ubi ita ſcriptum inuenias: Quid aliud eſt quod Delphica canat colūna literis ſuis, *ἄγαν μέθω*, reponito quod admonuimus, *ἄγαν μη*

δὲν,

*Sup.* ex fide exemplaris uetusti manu exarati.

Velleius Paterculus à menda liberatur.

Caput XXV.

**A** Pud Velleium Paterculū, qui mira compendij felicitate res Romanas adstrinxit, ubi de Corinthi ruina scribit, error non uulgaris in impressis codicibus inoleuit. Si quidem ubi legitur, L. Mummius Corinthum post annos nongentos quinquaginta duos, q̄ à Belete Hipponis filio erat condita, funditus eruit: ex historia scribendum, quàm ab Alete Hippotis filio erat condita. Aletes nanq; Hippotis filius ab Hercule sextus Corinthum, antea Ephyren dictam, in Isthmo cōdidit, uti ostenditur eiusdē scriptoris uerbis, & cōfirmat Pindari scholiastes in Isthmijs: unde & *Ἀλητίδαι*, inquit, uocant Corinthij: quo nomine usus est & Callimachus uersib. à me alicubi superius correctis, ibi:

*καί μιν Ἀλητίδαι πάλιν γέγραπτον.*

Aletes enim de Corinthi regno Dodonæum adiit oraculum, ubi responsum illi fuit, tum demum imperium urbis obtenturū, ubi glebam illi quispiam porrexerit, addito cōsilio, ut rem aggrederetur solenni festo, quo frequens populus coronatus incederet. Itaq; Corinthū ueniens, ab agricola panē poposcit, cuius uice glebā donatam accepit, festumq; tunc agebatur fortè, quo ciuitas parentalia defunctorū manibus agebat: quo circa cunctis ad suorum monumenta occu-  
patis, adortus urbē Aletes, pacto prius cum natu minore Creontis regis filiarum connubio,

referatis per illam portis, arcē obtinuit, urbisq; imperio potitus est. Hæc paulò prolixius ex Pin dari græcis scholijs in Nemea: quanquam & apud Erasmi in adagio, Iouis Corinthus, fabula ista legatur ex eodem transcripta.

In Athenæo repositi duo hæcenus desiderati senarij uersus. Cap. XXVI.

**L** Epidum miræq; elegantia ænigma apud Athenæum Dipnosophistarū decimo legitur de Somno ex cognomine Alexis Comici fabula, sed duobus senarijs iambicis mutilatum, quos ex Eustathio Iliad. ultimo reponere libuit, ut & hiatus indecorū uelut anctibus additis sanaremus, & sensum pleniorē redderemus: quæ ita habent:

ὁ θνητός, ὁ δ' ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχωρ τινὰ  
 σύγκρασιμ, ὥστ' ἔν' ἀνθρώπων μέρεσ,  
 μήτ' ἐν θεῶ (alijs θεοῖς) σῶν, ἀλλὰ φύεσθαι τ' ἀέ  
 καινῶς, φθίνεσθαι τὴν παρῶσαν, ἔμπαλιμ  
 ἀόρατον ὄψιν, γνώριμ' δ' ἅπασιν ὄν.

Pu. πᾶσι μὲν σὺ χάριεις ὦ γύναι μὲν αἰνίγμασι.

Fæ. καὶ μὴν ἀπλάγῃ καὶ σαφῆ λέγω μαθῆν.

Pu. τίς ἔρτοσαύτω πᾶσι ἔχωρ ἔσαι φύσιν;

Fæ. ὕπν' βροτέων ὃ νόρη παυστῆρ πόνων.

Vbi coniugata quæpiam, uirgini ænigma proponit & explicat, dicens esse quendam neq; mortalem, neq; rursus immortalem, sed utriusq; temperamento constantem, quippe qui neq; hominis portionem, neq; item dei, uiuendo obtineat, sed cuius semper nouo quodam modo & nascatur & intereat spectrum, nunc præsens, nunc inuisibile,

uifile, cunctis tamen illū mortalibus haud igno-  
rum. Respondet uirgo, ludi se anigmatibus. cui  
illa uicissim se manifesta & obuia prodere profi-  
tetur: proinde uirgo sciscitatur, quis ille sit puer  
cuius tanta uis esse perhibeatur. Demum illa no-  
dum explicat, dictitans eum Somnum  
esse, qui mortalium laboribus  
quietem adferat.

NADRIANI IVNII ANIMAD-  
VERSORVM FINIS.